



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 6. Poloniæ, Hungariæ, & Bohemiæ Reges a Gallo sollicitati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

dus non esset. His tamen insuperhabi- sæcul. XVI.
 tis Bonnivetus Electoribus suggerebat, A.C. 1519.
 quod Hispani, si Carolus eligeretur, adeo
 diuturnam Regis sui absentiam a regno
 ægerrime laturi essent, ejus vero ditio-
 nes ab imperio nimium distarent, proin-
 assiduis tumultibus exponerentur, aliun-
 de Carolus rei militaris inexpertus es-
 set, ac Cæsar, a quo educatus in om-
 nibus semper dependisset, suum eidem
 genium, ac præcepta instillasset.

§. VI.

*Poloniæ, Hungariæ & Bohemiæ Reges
 a Gallo sollicitati.*

Ut vero hisce rationibus majus auctori-
 tatis pondus accresceret, Bonnive-
 tus S. R. I. Electoribus amplissima elar-
 giebatur munera, saltem auro illorum
 suffragia coempturus. Post hæc Fran-
 ciscus I. his necdum contentus, Lagar-
 dum de Gaignes Alverniæ Nobilem in
 Poloniam, Hungariam, & Bohemiam
 ablegabat, ut horum Regnorum Reges
 induceret, ne suæ ad Imperium electioni
 adversarentur. Verum Gallus surdas
 pulsabat aures; objectabant enim hi Prin-
 cipes pacta, quæ Ludovicus junior
 Hungariæ ac Bohemiæ Rex cum Domo
 Austriaca olim inierat, vi quorum se Re-
 giæ

Sæcul. XVI. A.C. 1519. giæ Caroli Hispaniarum Regis familiæ suffragaturum fidem dedisset.

§. VI.

Helvetii a Galliarum Rege ad conciliandos ipsi Electores rogati.

Præterea Franciscus Galliarum Rex ad Helveticas Tribus Antonium de Lamet supplicatum misit, ut ejus electioni faverent, datumque fuit Lameto negotium, ut in Badensibus comitiis Helvetis proponeret, quod tanta foret Turcarum potentia, ut vel eis cedendum, vel pugnandum esset; cum autem a nullo nisi ab eo, qui Galliæ, Germaniæ ac Italiæ vires unitas haberet, eorum ausus frangi possent, ac conciliandæ ejusmodi unioni Helvetii, eo quod inter tres hosce status justo situs spatio interponerentur, oppido idonei forent; hinc Rex Christianissimus, aiebat legatus, eos rogat, atque obtestatur, ut ejus votis suffragarentur; vicissim vero ille pollicetur, se imperio potitum arma sua usque ad Thraciæ fines circumlaturum. Attamen ad hæc Helvetii respondebant: obstant pacta nuper cum Gallis inita, vi quorum polliciti sumus, quod nec Sacræ Sedis, nec Romani Imperii negotiis ullo pacto nos ingerere velimus, proin relinquimus plenam